UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXLI. De Adventu peregrinorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

Cap. CCCXLI.
De
Adventu peregrinorum.

Anno Domini MCCCIV. Dominus Johannes & Philippus Comites de Spanheim, & de Bohemia Dominus Petrus Roſenberg, & Hermannus avunculus ejus cum multis militibus & armigeris, & multi alii Nobiles de Reno & Alſatio (*a*) venerunt Pruſchiam, nihil tamen poterat agi contra inimicos fidei, propter teneritudinem glaciei.

An. Domini MCCCXXIV. Andreas (b) *Carpentarius in Caſtro Chriſtburg terræ Pruſchiæ, dum in cœnâ eſſet, de pane quem tinxerat in Cereviſiam guttæ Sangvinis ſtillabant, quod commenſales ſui dum de aliquo vulnere crederent emanare, circumſpicientes diligenter & os, & faciem, & manus ejus, non invenerunt alicujus veſtigium læſionis. Unde de hoc facto plures fuerunt admirati.*

ANIMADVERSIONES.

(*a*) Et de Bohemia, ut addit Jeroſchinus.
(*b*) Zimmermann vocatur à Jeroſchino.

Cap. CCCXLII.
De
Deſtructione allodii, ſeu prædii David de Gartha.

Eodem anno in quadrageſima tres fratres & ſexcenti viri de Nattangia allodium ſeu prædium David Caſtellani de Gartha hoſtiliter ſunt ingreſſi, & funditus comburentes præter occiſos homines & C. equos cum multo pecore alio deduxerunt.

Cap. CCCXLIII.
De
Converſione cujusdam viri mirabili.

Hoc